

non tractat, sed tantummodo differit, quo iure conueniat Matrimonio ratio esse insolubile; & ait ex iure Divino positivo; & quo tamen excepta est Professio Religiosa iuxta praxim Ecclesie. Ideo subdit Matritius, quod immo contrarium deduci debeat: Cum enim Doctores ibi Legem Divinam interpretentur iuxta usum, & praxim Ecclesie, consequenter credendum est (ut etiam inquit Higueus) quod idem dixisset Doctores in aliis casibus, si vidisset in praxi aliquam Pontificis dispensationem in Matrimonio rato, aut Ecclesie; & quod in omnibus similibus sustineret interpretationem Divinae Legis iuxta sensum, & praxim Ecclesie. De aliis Theologis non est curandum; tum quia eorum opinio negativa ab aliis, in majori numero affirmativam tenentibus, enervatur, ut ait Fagnanus in cap. Ne imitari, num. 166. De Constitut. rom. 1. tum etiam quia contrarium facit Summus Pontifex, cujus iudicio est omnino standum. Idem 42 Fagnanus in cap. Venerabili, num. 36. de Testibus, tom. 3.

Ceterum, quia unanimitate omnes Doctores dicunt, hanc facultatem dispensandi in Matrimonio rato non posse a Papa exerceri, nisi iuxta interveniente, eaque gravissima causa. Pignatellus, qui eos cumulat d. tom. 1. consult. 148. num. 7. & 8. videndum est, quenam sint causae istae? Et equidem sunt duodecim sequentes.

Prima est notabilis disparitas conjugum in qualitate, ut quando contrahentes sunt valde disparēs in conditione; saepe enim vidimus, quod aliqui adolescentens Nobilis, amore captus, desponsat puellam ignobilem, nihil reflectens ad ignominiam, quam infert suae prospiciet; & injuriam suis genitoribus, ac consanguineis. Frequenter cum essem Vicarius Generalis hic Patavii, mihi insudandum fuit in divertentibus Juvenibus nobilibus, ne puellas viles desponsarent, eorum amore captis. Hinc antiqui pingebant Cupidinem caecum, & oculos vitta operatos habentem, ut ostenderent, quod Viri amore capti alicujus mulieris non advertunt, quod tendant, sed sola passione ducuntur, iuxta illud Ovidii in Epist. Quis deat, non videt ullus amans.

Et Propertii 2. Elegiar.  
Ante pedes caecis lucebat semita nobis:  
Scilicet insano nemo in amore videt.

Idcirco accurrentibus affinis, audito impari conjugio facto, & impediens ne consummetur, ad tollenda scandala, lites, & alia inconvenientia inter Genitores, & Filium, potest Apostolica Sedes praevia dispensatione dissolvere hujusmodi Matrimonium ratum, non consummatum, ob nimiam disparitatem conditionis eorumdem conjugum. Menochius d. consil. 385. num. 1. Pyrrhus Corradus d. libr. 8. cap. 7. sub num. 33. Vincent. de Justis d. libr. 2. cap. 10. num. 24. Reginaldus libr. 31. num. 38. & Sanchez de Matrim. d. lib. 2. disp. 16. num. 2.

Secunda causa est Lepra superveniens alteri ex conjugibus; quia cum Matrimonium ordinatur ad mutuum corporis usum, ratione sobolis procreandae, & ardoris libidinis extinguendi; Lepra hunc usum moraliter impedire censetur, ob magnum contagionis periculum; & ideo ob Lepam, qua infectus apparuit Sponsus, dispensasse, ac dissolvit Matrimonium Martinum V. testatur Borgatus de Irregularitat. part. 6. in tit. de Sponsalib. num. 74. & idem est dicendum de quocumque alio morbo contagioso, quod

45 his est morbus Gallicus, de quo Zacchias in O. Medicolegal. lib. 3. tit. 3. quest. 4. num. 26. ita scribit: Sciondum est, quod infectio ex morbo Gallico aut non pertransit pudendas partes, & eis proximas; aut penitiora penetrat, & ad hepar pervenit, inficiens illud contagio, quod cum sit officina sanguinis, inficitur tota sanguinis massa; & sic morbus universae corpori communicatur. In priori ergo casu apparent ulcuscula in pudendis, aut virulenta gonorrhoea, & alia

symptomata his non dissimilia; in posteriori apparent bubones primam, dolores in universo corpore, ulcera maligna, depilatio, rubeoedo, & alia. Ita sic se habentibus, accendendum est, urgente morbo quocumque, semper imminere periculum infectionis. Ergo talis morbus erit iuxta causam pro dissolutione Matrimonii rati, ne conjux sanus iniiciatur eodem.

Tertia causa est timor magni scandali futuri, quia id eedit in grave damnum commune; nam rixae, & graves discordiae, ac nece indè oriri solent; cum maxime hujusmodi scandala evenire possint, vel ob fornicationis timorem, quando conjuges sunt genio difformes, & sibi valde displicent; vel ob inimicitias, quae inter eorum consanguineos, vel cognatos probabiliter timentur, Felinus conf. 26. num. 19. Menochius d. consil. 385. num. 7. Sanchez d. libr. 2. de Matrim. disp. 16. num. 3. Vincentius de Justis d. libr. 2. cap. 10. n. 23. & Pignatellus d. consil. 148. num. 9.

Quarta causa est, dum alter conjugatorum asserit, se non habuisse animum contrahendi, nec potest induci ad illum habendum, nisi cum magno inimicitiarum periculo, vel mali exitus Matrimonii, ut demonstrat Menochius in d. consil. 385. num. 18. & Vinc. de Justis d. cap. 10. num. 25.

Quinta causa est, quando Vir omni conatu quaerit Uxorem repellere, & evidens est ejus viri periculum absque spe emendationis. Idem de Justis ibid. num. 26. & facit Rota post Vol. 2. Consilior. Farinacii Decifio 86. in qua Sponsus Sponsam graviter vulneraverat, & occidere volebat.

Sexta est, si Vir fuisset promotus ad Episcopatum, & haec promotio esset valde utilis, & necessaria ad bonum commune, tunc enim si sponsa recusaret religionem ingredi, nec continentiam vellet sectari, solvi posset hoc Matrimonium ratum, ut ipsa posset alii nubere. Sanchez d. libr. 2. disp. 16. num. 8. Diana Coordinatus d. tom. 3. tractat. 1. resol. 93. desumpta ex part. 8. tract. 1. resol. 62. in qua §. 14. haec subdit: Hinc notandum pro curiosis aliquem eodem ad Pontificatum ante Matrimonium consummatum posse dispensare in suo Matrimonio rato, ut docet Sanchez libr. 7. disp. 38. numer. 20.

Septima est, si conjuges essent inter se heterogenei, idest discordes animo, & ad invicem peterent dissolutionem rati Matrimonii, ob eorum quietem, ac pacem. Trullench tom. 3. libr. 7. cap. 4. sub 4. num. 8. & Card. Turchus lit. D. conclus. 477. & ob hanc causam videtur dissolutum à Gregorio VII. Matrimonium Principissae Mathildis, & Godefredi Gibberi, de quo supra num. 21.

Octava causa esset, si Hermaphroditus, qui praevalebat in sexu femineo, & contraxit Matrimonium tamquam femina, antequam consummasset, cepisset praevale in sexu virili. Ita Verricellus de Mission. Apostol. q. 126. Dub. 11. num. 89. Vel si ex quacumque alia causa Sponsus fieret impotens ad copulam. Sanchez d. lib. 2. disp. 16. num. 6.

Nona est periculum perverſionis, ut si puella catholica Matrimonium contraxisset cum heretico; ut notat Eminentiss. Cardin. Bellarminus de Contror. Fidei libr. 2. de Monach. cap. 38. Gutierrez de Matrim. cap. 54. num. 3. ac Pignatellus tom. 8. consil. 105. ubi tamen dicit, in hac materia non esse relaxandas habenas.

Decima est, si quis post Matrimonium ratum contraxerit cum una, & non consummatum, contraxisset cum alia, & consummasset, quavis enim hoc secundum Matrimonium consummatum non fit 46 validum, quia primum ratum impedit, ac dirimit hoc secundum. cap. Licet 3. & cap. si de Sponsa duor. cap. si inter. 31. De Sponsalib. nihilominus ubi magna scandala timerentur, posset Summus Pontifex dissolvere primum ratum ad effectum, ut in secundo,

cundo, praevio novo consensu, conjuges legitime remanerent. Vincentius de Justis d. libr. 2. cap. 10. num. 32. & ibi Boerius conf. 20. num. 4. & Pavin. de Vilitat. part. 1. quest. 9. num. 31.

Undecima causa est, si conjuges contraxissent in tenera aetate, & ex cursu temporis sibi invisii, ac odiosi evaderent. Idem de Justis ibid. num. 33. & 34. subdens; hanc causam esse intelligendam inter personas Magnates, ac valde potentes.

Duodecima tandem causa est, quando ageretur de pace in Republica servanda, seditionibus, inimicitisque avertendis, ac de bono communi tuendo. Afflic. Decif. 149. num. 7. Valerius de Diff. Utriusq. for. Verb. dispensatio. Diff. 6. num. 4. Pyrrhus Corradus d. libr. 8. cap. 7. sub num. 33. Volpi in Resolut. Moral. Verb. Matrimonium. resol. 110. num. 5. Reginaldus d. libr. 31. num. 38. Vincentius de Justis in cit. lib. 2. cap. 10. num. 33. & 34. Zerola part. 1. Verb. Dispensatio. §. 2. atque Sanchez de Matrim. lib. 8. disp. 19. num. 5. qui tamen avertit libr. 2. disp. 16. num. 9. solum mutuum consensum ipsorum conjugum non esse causam sufficientem, ut Papa dissolvat Matrimonium ratum, quia praeter eorum consensum requiritur aliqua iusta causa ex supra notatis, ut scribit etiam Pignatellus d. tom. 1. consil. 148. num. 9.

Tandem Corollarii loco tria dubia, tribus in verbis, sunt resolvenda, circa quae Jurista, ac Theologi diladantur. Primum est, An Papa absque iusta causa, sed pro libito suo possit in Matrimonio rato dispensare, & ejus vinculum solvere? Et licet Glossa, & nonnulli Canonista in cap. Ex publico. De Convers. Conjugat. affirmet, quia tenent indissolubilitatem in rato esse ex constitutione Ecclesiae; omnes tamen Theologi docent, Papam non posse nec licite, nec valide in eo dispensare, nisi iuxta, & gravi causa interveniente. Ita Sanchez d. libr. 8. de Matrim. disp. 15. numer. 6. Volpi Verb. Matrimonium resol. 110. numer. 5. Pyrrhus Corradus d. lib. 8. Dispensat. Apostol. cap. 7. num. 26. & Vinc. de Justis de Dispensat. Matrim. d. libr. 2. cap. 10. num. 17. qui referunt Summos Pontifices Innocentium VIII. Adrianum VI. & S. Pium V. non semel requisiti ab Oratoribus Principum, ut dignarentur secum dispensare in Matrimonio rato, respondisse, Non posse, non quia deficeret in eis potestas, sed quia in illis casibus deficiebat iusta causa; quae omnino necessaria est, ut valida sit dispensatio; cum indissolubilitas rati sit ex iure Divino, & facultas dispensandi in Lege Divina data sit à Christo ob justam, & urgentem causam Vicario suo; qui propterea, tamquam fidelis dispensator, eam exercere debet in aedificationem Ecclesiae, non in destructionem, ut dixerit Matrus in 4. sent. d. disp. 7. num. 202. Et Eminentiss. Cardin. de Lauræa d. disp. 16. §. 2. numer. 263.

Secundum dubium est, An Papa possit facere Legem generalem dispensativam, ac dissolutivam Matrimonii rati ex tali causa, vel ex tali conditione? Et licet Averia de Matrim. quest. 2. sect. 6. Verſ. Post autem affirmet; negativa responſio datur communiter à Theologis, & iure quidem; nam agit de Lege Divina, circa quam requiritur Summi Pontificis diligens, ac specialis inspectio in casu practico pro dispensando in ea, ut scribunt Sanchez d. lib. 2. disp. 14. num. 4. Matrus d. disp. 7. num. 203. & Diana Coordinatus d. tom. 3. tract. 1. resol. 97. §. 5. quae in inordinato reperitur in part. 8. tract. 1. resol. 65. Tertium tandem dubium est, An in casu dispensabilis ob justam causam in Matrimonio rato, sit necessarius consensus utriusque conjugis? Et communit DD. respondent negativè; adeo ut, etsi unus conjux sit invitus, & resistat potenti dispensationem, eidem contradicendo; nihilominus Papa poterit eam concedere, ubi sic cognoverit, pro bono publico, & animarum salute expedire; ut docent Sanchez cod. libr. 2. disp. 15. num. 7. Salmanticen-

ses d. tract. 9. de Matrim. cap. 4. num. 62. Volpi d. Verb. Matrimonium. resol. 110. num. 5. & ipse Diana Coordinatus in cit. tom. 3. tractat. 1. resol. 96. quae in veteri est part. 8. tract. 1. resol. 62. in qua in §. 6. ita loquitur: Notandum est tamen hic primo, quod, iuxta existentem causam, dispensare potest Pontifex in Matrimonio rato absque mutuo consensu conjugum. Ratio est, quia potestas haec dispensandi non in gratiam, ac bonum praecipue privatum ipsorum conjugum, sed in primis ipsius Ecclesiae concessa est.

DECISIO XVI.

ARGUMENTUM.

Praemissa duplici significatione, atque Etymologia hujus vocis Sponsalia, nec non nominum Sponsi, & Sponsae, traditur definitio Sponsalium, eorum totam essentiam demonstrans. Declarantur singula verba definitionis, & plurimae Quaestiones circa validitatem Sponsalium excitantur, ac resolvuntur. Recensentur gratiosae eruditiones, praecipue de Sponsalitiis muneribus Isaaci, ac Davidis; nec non de Annulis pronubis S. Annae Matris Genitricis Dei; ipsiusque DEIPARAE, ac aliarum Sacrarum Virginum. Item de usu oculari Sponsam in Sponsalibus. Tandem notantur tres effectus à Sponsalibus validis provenientes.

SUMMARIUM.

- 1 Sponsalium nomen significat duo. Et quae?
- 2 Arrha cur dantur a Sponsis in Sponsalibus?
- 3 Sponsalitia munera Orionis, & Rebecca Sponsae Isaaci.
- 4 Item Davidis erga Micholem Sponsam suam.
- 5 Sponsalium Etymologia qua sit?
- 6 Sponsalia antiquitus fiebant per stipulationem à parentibus Sponsorum.
- 7 Sponsus, & Sponsa tria significant, & quae?
- 8 Sponsae apud Hebraeos vocabantur Uxores. Exempla hic.
- 9 Sponsi aliquando dicuntur conjuges nondum consummato Matrimonio.
- 10 Et aliquando etiam post Matrimonium consummatum.
- 11 Sponsi, & Sponsae significant propriè conjuges de futuro.
- 12 Sponsalium definitio, eorum omnem essentiam denotans.
- 13 Promissio externa est necessaria pro Sponsalibus.
- 14 Interna locutio sufficit coram Deo; non coram hominibus.
- 15 Sponsalia in quo differant à Matrimonio?
- 16 Sponsus fornicarius cum libera An committat adulterium?
- 17 Sponsus fornicarius debet in confessione manifestare se esse Sponsum.
- 18 Promissio Sponsalium debet esse mutua, & cum repraesentatione.
- 19 Promittens, licet ei non repromittatur, an sit obligatus?
- 20 Promissio in Sponsalibus non acceptata an obliget promittentem?
- 21 Fidei qui promittit in Sponsalibus, mortaliter peccat, & an sit obligatus adimplere promissionem?
- 22 Fidei promittens in Sponsalibus tenetur ad damna alterius Sponsae.
- 23 Libertas intellectus, & Voluntas necessaria in contrahentibus Sponsalia.

- 24. Aconitii fraus, ut Cydippo se et Sponsam promittit.
- 25. Infirmi mente, aut ebrii Sponsalia contrahere non valent.
- 26. Vis, & Metus quando faciant Sponsalia nulla? Et num. 28. & 29.
- 27. Jurementum quando nullam pariat obligationem?
- 28. Clamestina Sponsalia an sint valida? Vel si pena imponatur.
- 31. Impuberes ante septennium completum non possunt contrahere Sponsalia.
- 32. Malitia si supplicet etatem an Sponsalia valeant ante septennium?
- 33. Dirimens, aut impediens impedimentum qui habet, non potest contrahere Sponsalia.
- 34. Promissio in Sponsalibus verbis, vel signis debet esse expressa.
- 35. Verba negotiorum an faciant valida Sponsalia?
- 36. Verba ambigua an irritent Sponsalia?
- 37. Silentium in puella an sufficit in Sponsalibus.
- 38. Tutores, seu Curatores an possint contrahere Sponsalia promittendo pro pupillis?
- 39. Mutus, surdus, & cecus an possint contrahere Sponsalia?
- 40. Signa an sufficientia loco verborum in Sponsalibus? Et que ea sint?
- 41. Annuli subarratio in Sponsalibus usus antiquissimus.
- 42. S. Annæ Matris Deparæ Annulus pronubus ubi sit?
- 43. DEIPARÆ Sponsalium Annulus ubi seruetur?
- 44. Waldrade Regina femine punitio, quia in dicitio sibi imposuit Annulum Sponsalium DEIPARÆ.
- 45. Virgines plures à Christo miraculose per Annulum desponsatæ.
- 46. Dux Venetiarum cur quotannis despondeat Mare cum Annulo?
- 47. Osculum Sponsi in Annuli traditione signum promissionis cum Sponsa?
- 48. Oscula inter Sponsos, an sint licita?
- 49. Effectus tres à Sponsalibus provenientes. Et qui sint?

Explicitimus hucusque ea omnia, que spectare videbantur ad naturam, & essentiam Matrimonii, tum in genere contractus, tum in genere Sacramenti, & præcipue illa, que scitu necessaria erant circa ejus indissolubilitatem; cujus occasione satisfecimus respondendo exemplis antiquorum, qui Uxores dimittabant; Judæorum, qui libellum repudiij dabant; & aliorum Principum, etiam Christianorum, qui Vinculum maritali solvere tentarunt. Subinde, quomodo infidelium conjugia sint solubilia, si unus eorum convertatur ad fidem demonstravimus; nec non quomodo solvantur inter fideles per Professionem Religiosam, vel si rata sint, non consummata, per Pontificiam dispensationem. Nunc, antequam impedimentorum satis prolixam explicationem aggrediamur, de Sponsalibus est agendum; siquidem Sponsalia ipsa præcedunt Matrimonium; & ab eis exordiantur, qui hunc contractum inire, Sacramentumque suscipere volunt. Tria autem in præsentibus Decisione examinabimus circa Sponsalia. Videlicet: 1. Quot significationes habeat hoc nomen Sponsalia? 2. Quæ sit Etymologia hujus Vocis? Et 3. Quæ sit definitio Sponsalium?

Quo ad Primum, Nomen Sponsalium, seu Sponsalium, (utroque enim modo Theologi, atque Canonice declinant hoc nomen) duo significantur, nempe promissio futuri Matrimonii, de qua dicemus infra in definitione Sponsalium; nec non Arrhas, seu Sponsalitia munera, que occasione Sponsalium, & eisdem futuri Matrimonii, à Sponsis adinvicem sibi ipsis mittuntur; tum in signum amoris, tum in

confirmationem contractus, ad ejusque securitatem, & ut contrahentes ad effectum illud perducant. 1. Arrhis. 3. 1. ult. C. De Sponsal. l. si quis. 38. ff. de Ritu Nuptiar. cap. ult. De Desponsat. Impuber. & ibi Emmanuel Gonzalez tom. 4. Commentar. num. 2. atque fuitis Petrus Gregorius Tolofanus in Synagoga. Jur. Univer. part. 2. lib. 8. cap. 7. ubi num. 11. notat, Arrhas solitas fuisse dari à Sponsis, ut si quis eorum nollet nuptias exequi, & arrhas dedisset, eas perderet; si vero recepisset, teneret eas duplicare; idest restituendo non solum id, quod accepit à Sponso, sed etiam tantumdem eidem solvendo. Subdit ulterius easdem arrhas appellatas esse Sponsalitia largitatem; et hæc verè, & proprie significet munera, que à parentibus mittebantur Sponso, & Sponsæ, de quibus Imperator Justinianus in Novell. 119. §. 1. Purò solitas fuisse Sponsois puellis sibi desponsatis Sponsalitia, idest munera donare, comprobat ipse Tolofanus dicit. cap. 7. numer. 30. ex auctoritate Parthenii in Proterius referentis, Orionem Hircii filium propter horum filiam Oenopionii, & Nymphæ Ebicæ insulam Cicrem reddidisse, que tunc feris erat reclusa. Sed clariora, antiquioraque exempla ostendit Scriptura Sacra, in qua Genes. 24. 51. narratis Sponsalibus initis inter Rebecam, & Isaacum, stipulantibus pro illa genitore, ac fratre, pro isto autem Eliezer servo Abrahami, num. 53. ait, quòd ipsemet Eliezer, prolatis Vasis argenteis, & anreis, ac vestibus, dedit ea Rebecæ pro nuptiis, præteritis quoque ejus, & matri donavit. Hæc Sponsalitia largitas, in Sponsalia, res scilicet pretiosæ dono datæ Sponsæ Rebecæ nomine Isaaci Sponsi tamquam arrhas futurarum Nuptiarum. Aliud exemplum legitur 1. Reg. 18. 20. Ubi cum ageretur, ut Michol filia pulcherrima Regis Saulis nuberet David, & ipse se non dignum affereret, dicens: Ego sum vir pauper, & tenuis; indicans ob pauperitatem Sponsalia, ac munera Micholi Sponsæ mittere se non posse; Rex Saul hoc ei dedit responsum: Non habet Rex Sponsalia necesse, nisi tantum centum præputia Philistinorum, ut fiat ultio de inimicis Regis; quòd cum audisset David, ut heret gener Regis, post paucos dies surgens abiit cum viris, qui sub ipso erant, & percussit ex Philistinis ducentos viros, & attulit eorum præputia; & annoveravit ea Regi, ut esset gener ejus. En fortitudo David in præliando. En ejus generosum cor in muneribus Regi Sauli Socero suo, nomine Sponsæ Micholis filia sue petenti; offerendis; cum enim Saul postulasset pro Sponsalitia largitate, arrhis, donisve nuptialibus à David Philistinorum præputia centum, ducenta ipse obtulit, ac donavit.

Quo ad Secundum, Sponsalium Etymologia venit à verbo *Spondeo*, cujus duplex est ratio; Prima, quia *Spondere* est sponte promittere, & in contrahendis Sponsalibus maxime requiritur spontanea promissio. Secunda, quia mos erat antiquis, ut puella nuptura promitteretur viro à patre, vel tutore, vel amicis, ut ex Aulo Gellio, Alciano, ac Varone demonstrat Sanchez de Matrim. lib. 1. disp. 1. numer. 1. & plenius Petrus Gregorius Tolofanus dicit. lib. 8. cap. 2. ubi num. 3. refert frequentia verba Servi Sulpicii in libro, quem scripsit de Dotibus, videlicet: *Qui Uxorem dolum erat, in Latio stipulabatur, cum in Matrimonio dolum in. Qui datus erat, item Spondebatur. Is contractus stipulationis erat, Sponsa appellabatur: qui spondebatur dolum, Sponsus. Concordat Divus Bernardus in Sermonibus de Virginitate tom. 2. ita loquens: Sponsæ, vel Sponsi nomen ab eo, quod est *Spondere*, Grammatici derivant; dicuntur autem Sponsus, & Sponsa, quia se sibi adteruntur spontent, ut nec ille, nec illa alteri nubat.* Cæterum advertere oportet, quòd hæc nomina *Sponsus*, & *Sponsa* tria solent significare, videlicet:

1. eos,

- 1. eos, qui contraxerunt Sponsalia de futuro. 2. illos, qui contraxerunt Matrimonium de presenti; & 3. eos, qui & contraxerunt Matrimonium, & consummarunt. De primis loquuntur l. 1. 1. 3. de Sponsalib. & l. Sponsa. ff. de Verb. Signific. nec non cap. Nostrates. 30. q. 5. & integer titulus de Sponsalibus, quibus omnibus in locis Sponsi, ac Sponsæ dicuntur, & nominantur illi, qui Sponsalia tantum de futuro inierunt. Est tamen verum, quòd antiquitus apud hebræos hujusmodi Sponsæ de futuro aliquando vocabantur Uxores. Exemplum habetur in Genes. 29. 1. ubi Jacob Sponsalia inierat de futuro cum Rachele filia Labani, qui eam illi desponderat cum conditione tamen, ut Matrimonium per verba de præsentibus non contraheret cum ipsa, nisi post septem futuros annos, & interim ei deserviret. Subdit ergo Scriptura Sacra. *Servivit ergo Jacob pro Rachele septem annis; Dixitque ad Laban: Da mihi Uxorem meam; quia jam tempus impletum est, ut ingrediar ad illam. Quomodo dicit: Da mihi Uxorem meam; si erat tantummodò Sponsa? Quia apud hebræos Sponsæ vocabantur etiam Uxores, & idèd S. Lucas cap. 2. Vers. 5. de S. Joseph ait, quòd ivit in Bethlem, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore pregnante. Quorum verborum pro explanatione S. Hieronymus in Math. 1. ita dicit: ( & habetur in cap. Genit. 27. qu. 2. ) Recordare consuetudinem Scripturarum, quòd Sponsi vocentur Viri, & Sponse Uxores. Hoc idem innuit Eugenius Papa III. in cap. 3. De Sponsalib. ubi, loquens de puella nondum Septenni desponsata, vocat eam conjugem Sponsi, ubi, *Quia ipsa coniux ipsius fuisse dicitur*, idest Sponsa subdit ibidem Glossa. Igitur appellatione Sponsi & Sponsæ verè, & proprie intelliguntur illi, qui contraxerunt Sponsalia per verba de futuro, et si hi quoque appellentur Viri, & Uxores ex adductis Exemplis. Secundò hæc Vox Sponsus, & Sponsa aliquando denotat illos, qui contraxerunt per Verba de præsentibus Matrimonium; quod inter eos est ratum, nondum autem consummatum. Exempla habentur in 27. q. 2. cap. Conjuges; ubi sic: *Conjuges verius appellatur à prima desponsationis fide; quamvis adhuc ignoretur inter eos conjugalis concubitus. Item in cap. Tertio loco 13. De Presumptionib. ubi Papa sic loquitur: Tertio loco questionis hujusmodi nomen Tua Fratritas petit explicari, An juvenis Sponsam, in quam per verba de presenti consentit, debeat Uxorem habere, &c. Ergo mulier post contractum Matrimonium per verba de presenti, & nondum consummatum, vocatur Sponsa. Item in cap. Accepisti. 2. de Sponsa duorum, in quo ita: *Accepisti illam in Uxorem tibi, quem alter sibi desponsatum habuerat. Dimitte illam &c. Verbum illud desponsatum denotat per verba de presenti, ut declarat Glossa ibi, aliàs secundum maritum non potest eam dimittere, si fuisset cum primo desponsata tantummodò per verba de futuro. Similiter in cap. Sicut ex literis. in cap. Si inter. in cap. Duo pueri, & in cap. Si qui. De Sponsal. Matrimonium per verba de presenti contractum exprimitur per verbum desponsationis, ac ipsi conjuges, quia nondum illud consummarerant; Sponsus, & Sponsa appellatur; unde fit, ut non raro in Jure hæc nomina Sponsus, & Sponsa, prout etiam desponsatio, denotent Matrimonium initum per verba de presenti.***
- 10. Tertiò per hæc nomina *Sponsus*, & *Sponsa* significantur conjuges, à quibus non solum fuit initum Matrimonium; sed etiam consummatum. Exemplum habetur Exod. 4. 26. ubi Sephora uxor Moysis, eidem dixit, *Sponsus Sanguinis mihi es*; & tamen filium ex eo conceperat, quem in eodem tempore, ac loco, in quo verba hæc protulit, circumcisit; ut observat Emin. Card. de Laurea de Matrim. disp. 37. n. 2. ubi addit alia mystica Exemplum hujus significationis ex Scriptura Sacra, nempe in Psalm. 8. Tam-

quam *Sponsus procedens de thalamo suo*. In Joel. 2. *Egre diatur Sponsus de cubili*. *Sponsa de thalamo ac in Oste 4. Sponsæ vestre adulteræ*. Ergo, concludit Eminentia sua, nomine Sponsi, & Sponsæ accipiuntur Maritus, & Uxor cohabitantes, & post concubitum.

Est tamen verum apud omnes tam Theologos, quam Canonistas, quòd in communi sensu, ac locutione hæc voces *Sponsus*, & *Sponsa* denotent eos, qui sibi promiserunt de Matrimonio contrahendo per verba de futuro. Sanchez de Matrim. d. lib. 1. disp. 1. num. 2. Basilii Pontius eod. tract. lib. 12. cap. 1. num. 3. Salmanticensis tract. 9. de Sacram. Matrim. cap. 1. numer. 1. & Gobatus in Theolog. Experiment. tractat. 10. num. 3. & 4. ubi tria dicit notata digna. Unum est, quòd quotiescumque aliqua lex, vel statutum in materia favorabilis loquitur de Sponsis, intelligenda est etiam de illis, qui contraxerunt per verba de presenti, sed nondum Matrimonium consummarunt, nisi forte ob peculiarem aliquam circumstantiam aliud dicendum videatur. Alterum est, quòd si lex, vel statutum nominet Maritum, & Uxorem, comprehendat in materia favorabilis etiam Sponso de futuro; in materia autem indifferenti illos tantum, qui contraxerunt per verba de presenti, sive Matrimonium consummarint, sive non. Tertium, quòd in materia odiosa, & penalit solum eos, qui consummarunt, per hæc nomina, *Maritum*, & *Uxorem*, esse intelligendos, ut latius DD. quos ibi allegat.

Quo ad Tertium: Plures leguntur definitiones Sponsalium apud Theologos, & Canonistas; verum quia omnes nimis breves, & concisæ sunt, neque aptæ ad declaranda omnia, que necessaria sunt ad hunc contractum Sponsalium validè in eundem; placet dare sequentem videlicet: *Sponsalia sunt promissio de futuro Matrimonio, mutua, & acceptata, vera, deliberata, ac libera, facta à personis habilibus, verbis, vel signis expressis*. Singula verba declarabimus, ex quorum explicatione Studiosus Lector ea, que ad essentiam Sponsalium spectant, & que præcipuas questiones, quas Doctores promouent circa hunc contractum, percipiat. Igitur Primo dicitur, quòd *Sponsalia sunt promissio*, ut intelligamus, quòd simplex intentio, propositum, aut desiderium, etiam exterius explicatum non sufficit ad contrahenda Sponsalia; sed debet esse externa promissio. cap. Nostrates. 30. q. 5. ibi: *Sponsalia, que futurarum sunt Nuptiarum promissa*. Et hujus externæ promissionis triplex est ratio, 1. Una, quia Sponsalia sunt contractus humani commercii, qui non subsistunt adibus internis. Ideo requirunt externam promissionem, qua promissarius intimatur, & notificatur propositum rei, in ejus gratiam faciendæ. Altera quia consensus internus non manifestatus per externa signa non sufficit ad Matrimonium. Ergo neque ad Sponsalia. Tertia, quia Sponsalia sunt contractus humanus. Ergo faciendus humano modo. Ad inter homines interna locutio non sufficit, 14. et si coram Deo fit satis, & coram bonis Angelis, atque Sanctis in celo existentibus, coram quibus corde tantum possumus loqui, audiri, & obligari. Ergo propositum de futuro Matrimonio contrahendo cum aliquo debet ei explicitè insinuari per promissionem, ut contrahatur Sponsalia. Ita Emin. Card. de Laurea d. disp. 37. de Matrim. art. 2. §. 1. per totum. Salmanticensis d. tract. 9. cap. 1. numer. 2. & Sanchez de Matrim. lib. 1. disp. 1. num. 7.

Secundò dicitur de futuro Matrimonio, ad differentiam contractus ipsius Matrimonii; nam aliud sunt Sponsalia, aliud Matrimonium. Illa sunt contractus, in quo contrahentes promittunt, ac obligant se de venire post aliquod tempus ad contrahendum simul Matrimonium. Hoc est contractus, in quo de presenti initur, & perficitur Matrimonium. Et hæc

hac differentia duo deducuntur. Unum est, quod si Sponsus post contracta Sponsalia de futuro, vel ipsa Sponsa coeant altero, non committunt adulterium in foro conscientiae (quodquid sit in foro exteriori, de quo videndus Basilius Pontius d. lib. 8. de Matrim. cap. 6. num. 6.) Et ratio est, quia ut ait S. Thomas 2. 2. q. 154. art. 8. Adulterium est alieni iberi violatio. Sed Sponsi de futuro nondum habent commune thorum inter se. Ergo coeantes cum altero non sunt adulteri. Ita Pontius d. numer. 8. Henriquez, Filliucius, & alii apud Salmanticenses d. cap. 1. num. 4. & Sanchez d. lib. 1. disp. 2. n. 2. Alterum est, quod fornicatio, quam Sponsus, vel Sponsa de futuro committeret cum aliena persona, includit malitiam à fornicatione diversam, & specialiter exprimendam in confessione, ea ratione, quia ex parte utriusque frangitur fides Sponsalium, & iniuria adinvicem irrogatur; eò quod tam Sponsus, quam Sponsa ex vi contractus Sponsalium acquisivit jus ad corpus alterius, quamvis non in corpore; idest ad rem, non in re. Gonetus tom. 5. de Matrim. disp. 3. art. 3. Gutierrez cap. 1. n. 20. & alii citati per Salmanticenses d. traç. 9. de Matrim. cap. 1. num. 11. ubi reprobandi DD. afferentes vel nullam malitiam diversam à fornicatione reperi, vel solam Sponsam fornicantem reneri hanc circumstantiam initorum Sponsalium in confessione manifestare; siquidem verior opinio est, quod etiam Sponsus teneatur ad eam aperiendam; tum quia hæc est sufficiens causa ad dissolvenda Sponsalia, ut infra ostendemus; tum quia ex ea acciperet Sponsa suspicionem se minus ad Sponso præ altera amari, minusque amandam post initum Matrimonium; tum denique quia est periculum, ne nascatur proles sumptibus communibus postea alenda; & ideo aperienda est in confessione hæc circumstantia non solum à Sponsa peccante cum altero, sed etiam ab ipso Sponso, & ab illis, cum quibus uterque rem carnalem habuerit.

Tertio dicitur in definitione, quod promissio, quæ fit in contrahendis Sponsalibus, debet esse mutua; quia non sufficit, ut fiat à solo viro, vel à sola femina; sed ab utroque contrahente fieri debet. Rota part. 12. recent. Decif. 227. num. 18. quod colligitur ex l. 1. ff. de Sponsalibus ubi promissio Sponsalitia dicitur repromissio, idest utriusque promissio, & in hoc omnes DD. consentiunt. Gobatus d. traç. 10. num. 19. Sanchez d. lib. 1. disp. 5. Salmanticenses d. cap. 1. num. 13. Basilius Pontius d. lib. 8. cap. 4. & Eminens. Cardin. de Lauræa d. disp. 37. n. 20. ubi docet adverti, promissionem Sponsaliam fieri posse tripliciter, vel uno solo promittente, & altero nihil prorsus respondente; vel uno promittente, & altero acceptante gratiaque agente, sed non expressè repromittente; vel uno promittente, & altero acceptante, atque repromittente; sique mutuo, & adinvicem reciprocam promissionem, ac repromissionem utroque Sponso sibi faciente. Ex his promissionibus prima, & secunda non sunt vera Sponsalia; sed tertia tantum. Ratio est, quia Sponsalia sunt contractus onerosi, & per stipulationem consistunt. Ergo ab utroque contrahente debet exprimi reciproca promissio; adeo, ut si unus tantum promittat, & alius acceptet, non perficit contractum: Rota part. 15. recent. Decif. 142. n. 4. & part. 18. Decif. 538. n. 4. & Decif. 621. per totam.

Advertunt tamen quod licet acceptans, & non repromittens non sit obligatus; qui tamen promittitur ad adimplendam promissionem, eam promissio sarlo exigente, & hoc iure nature. & ratione fidelitatis, quia promissia sunt semper adimplenda, ut late probat idem Eminens. de Lauræa d. disp. 37. n. 31. & seqq. cum quo consentiunt Sanchez d. lib. 1. disp. 5. num. 5. Layman lib. 5. traç. 10. cap. 1. n. 2.

& alii, quos citant, ac sequuntur Salmanticenses d. traç. 9. cap. 1. num. 18. & seqq. Mihi tamen dicendum videtur, quod ubi promissio, est acceptata, non correspondet repromissio acceptantis vel physica, vel moralis, ipse promittens ad nihilum sit obligatus. Ratio est, quia sicut Matrimonium claudicare non potest, sed debet esse validum ex utraque parte, vel ex nulla; ita & Sponsalia: Idcirco si acceptans promissionem, & non repromittens non est obligatus ad futurum Matrimonium inendum; neque obligatus erit ipse promittens; qui quidem eadenus promissionem fecit de se ipso, quatenus credit, sibi idem repromitti à promissario; quo remanente libero à promissione, ab eadem etiam promittens liber esse debet; contractus enim Do, ut des; vel facio, ut facias, non obligat unum ex contrahentibus ad dandum, vel faciendum, nisi alter quoque sit obligatus ad idem præstandum. Et sic contra Sanchezium d. lib. 1. disp. 5. num. 7. contrarium tenentem, docet Basilius Pontius lib. 12. cap. 4. n. 2. quem refert etiam, & commendat Diana Coordin. tom. 2. tr. 6. ref. 144. residente in Veteris ejus operis part. 3. traç. 4. refol. 244.

Quarto subjungitur in definitione, quod ipsamet promissio sit acceptata ad hoc, ut obligationem pariatur; & ideo utique dum acceptatur, non obligat promittentem, qui pro libito suo poterit à promissione recedere, & à Sponsalibus resilire. Ita Lessius de Just. & Jure lib. 2. cap. 18. dub. 6. num. 34. Castropalaus de Matrim. disp. 1. punct. 3. num. 2. Pontius d. lib. 12. cap. 4. num. 4. Aversa quest. 8. sect. 1. & Salmanticenses d. cap. 1. num. 14. hanc redentes rationem, quia nulla promissio regulariter obligat ante acceptancelem vel promissarii, vel alterius, ipsius vires gerentis; hanc enim conditionem implicitam habet qualiter promissio, nimirum si à promissario acceptetur: Idem docent Gutierrez de Matrim. cap. 6. num. 16. & Sanchez d. lib. 1. disp. 6. num. 24. & 25. ubi ampliant hanc doctrinam procedere, quamvis talis promissio esset juramento firmata, ab ea enim, antequam acceptetur, poterit promittens absque peccato recedere; quia accessorium sequitur naturam sui principalis; & in hoc casu Juramentum est accessorium promissioni. Ergo si promissio ante acceptancelem non obligat, etiam si juramento firmetur, non obligabit.

Quinto dicit definitio, quod huiusmodi mutua promissio in Sponsalibus fit vera, videlicet cum intentione se obligandi, & adimplendi quod promittitur; ille enim qui sic promittit, & cum animo non se obligandi, & non adimplendi peccat mortaliter, quia proximum decipit in re gravissima: & violat præceptum Justitiæ, quæ vult, ut in contrahibus utriusque obligatoris, uterque contrahens non sicut, aut ex joco, sed verè contrahat, animumque habeat adimplendi quod contraxit. Ita Aversa quest. 8. de Matrim. sect. 2. Sanchez d. lib. 1. disp. 9. n. 3. & Salmanticenses d. cap. 1. num. 22. Sed gravem questionem excitant Theologi, Utrum qui sic promittit in Sponsalibus, teneatur in conscientia ea adimplere? Circa quam distinguunt ita: Si promittens animum promittendi non habuit, quamvis verbis exterioribus promiserit? & in hoc casu certum est non obligari ad promissionem adimplendam, quia verè non promittit, sed joco, seu fallacia verba protulit. Ita Salmanticenses d. cap. 1. num. 25. & fuffus Emin. Card. de Lauræa d. disp. 37. n. 3. & 4. & seqq. pluribus rationibus hanc assertionem comprobans, quam ampliat etiam in facta hac promissione intervenisset juramentum. Vel sic promittens habuit animum promittendi, sed non se obligandi? Et in tali casu due sunt opiniones DD. Una, quod sit obligatus adimplere promissionem; quia qui vult antecedens, vult etiam consequens. Sed promissio ducendi aliquam in Uxorem est antecedens;

16

17

18

19

dens; obligatio adimplendi promissum est consequens. Ergo si voluit promittere, & promissit, debet etiam adimplere. Sotus de Just. lib. 7. qu. 1. art. 2. Ledema quest. 43. art. 1. diff. 2. & Basilius Pontius, alios allegans d. lib. 12. cap. 2. num. 7. Altera opinio est, in prædicto casu promittentem non teneri ex justitia stare promissis, quia separari potest intentio promittendi ab intentione se obligandi; cumque habuerit animum non contrahendi obligationem, ad eam non est adstrictus. Sanchez d. lib. 1. disp. 9. num. 5. Bonacina quest. 1. punct. 1. num. 5. de Matrim. Aversa d. q. 8. sect. 3. & alii, quos congrunt, & sequuntur Salmanticenses d. traç. 9. cap. 1. num. 28. & 29. ampliantes id etiam si intervenisset juramentum; & reddentes num. 30. hanc rationem, quia conditio contraria substantia contractus Matrimonii invalidat ipsum contractum. cap. fin. de Condition. appofit. Sed intentio non se obligandi in Sponsalibus ponit conditionem contrariam substantiæ promissionis, de cujus ratione est ipsa obligatio. Ergo ipsam promissionem annullat; & ratione illius non est obligatus eam adimplere.

Hæc tamen doctrina procedit, dummodo alteri Sponso, qui fallitur, aliquod damnum ex violata promissione non resultet; quia si sub prætextu promissionis sic promittens sponfam deflorasset, vel cum ea, etiam si viduam coisset, teneretur vel eam ducere in Matrimonium, & promissionem adimplere; vel si inter ipsos Sponsos magna esset disparitas, vel ex Matrimonio gravia scandala, rixæ, aut inimicitia forent oritura, esset obligatus in conscientia id detestari, ac damnum quodcumque refarcire, ut docet S. Thomas in 4. dist. 28. qu. 1. art. 2. ad 4. cujus doctrinam sequuntur Lessius de Just. & Jur. lib. 2. cap. 10. dub. 3. Sanchez d. lib. 1. disp. 10. num. 3. & alii, quos referunt Salmanticenses in praxi videndos, & consulendos d. cap. 1. a num. 30. usque in fin. ubi varias circumstantias examinant, & quid secundum eas faciendum docent, circa prædictam fidam promissionem in Sponsalibus, intam cum animo non se obligandi ad eam adimplendam.

Sexto ait definitio, quod promissio in Sponsalibus non solum fit mutua, acceptata, & vera; sed etiam quod fit deliberata, idest facta cum plena libertate tum intellectus, tum voluntatis amborum Sponsorum; siquidem ad validitatem Sponsalium requiritur libertas physica cum plena deliberatione, & advertentia; adeo ut absit omnis fraus, & omnis violentia, ut docent Bonacina d. q. 1. punct. 1. num. 4. Sanchez d. lib. 1. disp. 8. n. 5. & alii DD. apud Salmanticenses d. cap. 1. num. 37. illam allegantes rationem, quia Sponsalia sunt contractus humani, qui humano modo fieri debent. Sed quod sine deliberatione perfecta, & sine libertate fit, humano modo fieri non cenitur. Ergo si fraus decipiat intellectum, vel quid aliud impediatur usum rationis in Sponsis; seu vis, vel metus gravis cogat eorum voluntatem ad promittenda Sponsalia, hæc erunt nulla, & invalida; ut etiam dixerit Emin. Cardin. de Lauræa d. disp. 37. art. 4. ubi num. 160. & seqq. adducit textum in cap. Ex Litteris. de Desponsat. Impuber. & ibi Glossam dicentem, Sponsalia invalida esse ob defectum plenæ deliberationis in Sponsis promittentibus. Ex his deducit primò, Cydippem, de qua Horatius Epif. 12. quæ amabatur ab Aconcio, sed cum ipse ob conditionis disparitatem eam petere in Uxorem non auderet, sequentes verus per ipsum insulptos in pomo aureo, ac in Cydippes finum, dum Diana sacrificaret, projecto, fecit, ut ipsa legeret:

Juro tibi sanè per mystica Sacra Diane,  
Me Tibi venturam comitem, Sponsamque futuram.  
Deducitur, inquam, primò Cydippem per hanc judicium De Sacram. Matrim.

ratam promissionem, quam ore protulit, non fuisse obligatam nubere prædicto Aconcio; quia fuit absque deliberatione, & illa verba pronunciavit per fraudem, ipso facto Sponsalia annullantem; ut refert Petrus Gregorius Tolofanus d. lib. 8. cap. 6. num. 4. Deducitur secundò, quod qui est infans mente, seu amens, vel ebrius, eo tempore, quo subjacet his defectibus, non potest contrahere Sponsalia; nisi habeat lucida intervalla, & horum tempore illa ineat, sciens, & intelligens quid agat, ut notant Salmanticenses d. cap. 1. num. 58. Deducitur tertio, quod si quis spondidisset, & Sponsalia contraxisset in magno calore iracundia, non fuisset obligatus per textum in cap. Divortium. De Penitent. dist. 1. Dixi in magno iracundia calore, quia secus esset, si tanta mediocritate, quæ intellectum obtinebrat, & deliberationem liberam auferre non fuisset satis. Deducitur quartò, quod Sponsalia inita 26 per metum, aut vim cadentem in constantem virum sunt nulla, & invalida; secus si metus, aut vis fuisset levis. Aversa quest. 8. sect. 4. Sanchez lib. 4. disp. 19. num. 6. Bonacina quest. 1. punct. 9. proposit. 2. & Salmanticenses d. cap. 1. num. 60. Qualis autem sit vis, & metus cadens in constantem Virum? explicabimus infra, quando de impediendo dirimente Matrimonio per vim, & metum contracto differemus. Deducitur quinto, quod licet disponent DD. an Sponsalia per vim, & metum contracta sint invalida ipso jure, vel sint à Judice invalidanda; & pro utraque opinione sint Auctores; nihilominus verior, & communior opinio est, talia Sponsalia ipso Jure nulla esse, neque aliquam obligationem parere in eo, qui metu contraxit. Sanchez d. lib. 4. disp. 19. num. 3. & disp. 21. n. 3. Covarruvias, Aversa, Becanus, & alii, quos nominant, & sequuntur Salmanticenses d. traç. 9. cap. 1. n. 62. Deducitur sexto, nulla fore prædicta Sponsalia per vim, & metum gravem inita, etiam si firmata fuissent juramento. Diana Coordinatus d. tom. 2. tr. 6. refol. 6. quæ extat in Vet. part. 3. tr. 4. refol. 277. ac Salmanticenses d. n. 62. & 63. ubi reddunt hanc rationem, quia ipsa sunt non solum contra bonos mores, sed etiam contra publicam utilitatem, quo casu 27 nulla insurgit obligatio, non obstante Juramento. cap. Si diligenti. De foro competent. & ideo non est opus dispensatione super juramento. Ex Litteris. De Desponsat. Impub. DD. quos citat, & approbat Barbola in collect. ad d. cap. Ex Litteris. num. 4. Quamvis contrarium teneat Emin. Card. de Lauræa d. disp. 37. art. 4. ubi à num. 164. & seqq. nititur probare, quod Juramentum obliget adimplere Sponsalia, nisi dispensatio obtineatur ab Episcopo; & videtur idem tenere S. Thomas 2. 2. q. 89. art. 7. ad 3. At Salmanticenses concordant dicentes, juramentum obligare, etsi per vim extortum, quando interponitur super contractu non prohibito tanquam contra bonos mores, & contra publicam utilitatem. Idcirco quia his de causis Sponsalia per vim, & metum contrahi prohibentur; ideo Juramentum appositum super illis est nullum omnino. Deducitur septimo, hanc nullitatem procedere sive vis, & metus sit incussus ab alio sponso, sive à quacunque alia causa; nam causa justa interveniente non irritat Sponsalia. Deducitur octavo, quod licet pars, quæ passa est vim & metum gravem, non teneatur adimplere Sponsalia; altera tamen pars obligata est ad illa adimplenda; & hoc ratione fidei promissionis liberè emissa; & ab alia parte acceptate; quæ si velit devenire ad celebrationem Matrimonii, teneatur 29 altera pars illud celebrare. Salmanticenses d. cap. 1. num. 66. qui n. 67. & seqq. bene advertunt, in celebratione Sponsalium non esse opus presentia Parochi, vel testium; & esse valida, quamvis clandestina.

F

finē contrahantur, quod concedunt omnes DD. tum quia talis est usus, ac praxis Ecclesiæ; tum quia nulla est lex, quæ præcipiat, Sponsalia fieri publice, seu cum Parochi, & testium præsentia; ut plene demonstrat Emin. Card. de Lauræa d. disp. 37. art. 5. Deducitur nono, quod adeo libera debet esse promissio in Sponsalibus, ut in eis non possit imponi aliqua pœna, quæ Sponsi adstringantur ea adimplere; quod si imponatur, nulla sit. cap. Gemma. de Sponsal. l. fin. C. eod. Sanchez lib. 1. disp. 30. Emin. Card. de Lauræa disp. 37. art. 8. & Salmanticenses d. cap. 1. punct. 8. ubi latè de hac pœna.

Septimo: in Sponsalium definitione dicitur, quod eorum promissio facta sit à personis habilibus: quæ quidem verba à contrario sensu denotant, quod personæ inhábiles, si Sponsalia contrahant, nulliter contrahunt, cum non habeant habilitatem ad ea contrahenda. Porro duo sunt genera personarum inhábilitium pro contrahendis Sponsalibus. Primum genus continet impuberes, legitimæ ætatem non habentes. Secundum genus comprehendit omnes illos, qui affecti sunt impedimentis dirimentibus Matrimonium, vel illud impedientibus. Quo ad primum genus, pueri, & puellæ, qui septem annos ætatis suæ non habent, inhábiles sunt ad contrahenda Sponsalia; & de factis si contrahant, sunt nulla. cap. Litteras. cap. Accessit, & cap. Ad dissolvendum. De Desponsat. Impuber. cap. Unico. eod. tit. in 6. S. Thom. 3. part. qu. 43. art. 2. in quo reddit rationem dicens, quia ante septennium præsumitur non adesse in pueris, & puellis sufficiens usus rationis: Salmanticenses d. tract. 9. cap. 1. num. 71. Emin. Card. de Lauræa d. disp. 37. art. 5. per totum. At quærent DD. an sufficiat septennium inceptum, vel debeat esse completum pro validitate Sponsalium? Et eundem pro utraque opinionem habent DD. quos citat Diana Coodin. tom. 2. tract. 6. resol. 2. resol. 3. & resol. 4. quæ reperire licet in Veteri part. 3. tract. 4. resol. 273. resol. 274. ac part. 9. tract. 7. resol. 65. At verior, & securior opinio est, quod debeat esse completum, ut demonstrat Emin. Card. de Lauræa d. disp. 37. art. 5. à num. 189. & segg. tum quia Canonës loquuntur de septennio completo, cap. Litteras. & cap. Accessit. De Desponsat. Impub. tum etiam quia illa ætas est necessaria ad contrahenda Sponsalia, quæ requiritur ad inducendum impedimentum publicæ honestatis. Sed hoc non inducitur, nisi completo septennio, ut in dd. tenet. & in cap. Unico in 6. eod. tit. Ergo idem dicendum est pro contrahendis Sponsalibus, ut bene confirmat etiam Narbona de Ætate Anno VII. quest. 19. num. 12. ubi Theologos cumulat ita sentientes. Et quamvis plures DD. inter quos Pontius lib. 12. de Matrim. cap. 5. numer. 5. Rebellius lib. 4. quest. 5. ac Diana Coordinatus d. tom. 2. tract. 6. resol. 5. quæ habetur in inordinato part. 9. tractat. 7. resol. 63. prætendant valere Sponsalia inita ante septennium completum, saltem in foro poli, quando malitia supplet ætatem, & usus rationis est perfectus in Sponsis ante prædictam ætatem; contrarium tamen est tenendum, quia aliàs dispositio juris, præscribens septennium completum, effectus frustratoria, ut respondent Hurtadus de Matrim. disput. 1. difficult. 14. num. 61. & Castropalaus tom. 5. disp. 1. punct. 6. num. 8.

Secundum genus personarum inhábilitium ad contrahenda Sponsalia includit illas omnes, quæ inter se, vel in se habent impedimentum aliquod impediens, ac dirimens Matrimonium; sive impediens tantummodo; idcirco non solum qui emisit Votum solemne castitatis, vel in Ordine Sacro, vel in Religione, non potest intrare Sponsalia, sed neque qui simplex castitatis Votum fecit; & idem dicendum de quocunque alio impedimento ut latè differunt Sanchez d. lib. 1. disp. 15. Averfa q. 8. seã. 7. Salmanticenses d. cap. 1. num. 70. & Emin. Card. de Lauræa

d. disp. 37. art. 6. Qui tamen DD. omnes limitant hanc regulam, nisi in contractu Sponsalium ponatur hæc conditio, & pactum; ut valere debeant, quando ablatum fuerit impedimentum, vel per Pontificiam dispensationem, vel alio modo legitimo, tunc enim cessante impedimento Sponsalia incipiunt valere.

Octavo, & ultimo additur in definitione Sponsalium, quod eorum promissio sit: Verbis, vel Signis expressa, ea ratione, quia promissio merè interna, non sufficit ad Sponsalia; sed requiritur, ut exprimat per verba, vel signa; sunt enim Sponsalia, ut sæpe dictum est, contractus humanus, ac proinde humano modo debent perfici, exterius explicando quod in mente habetur; maximè cum debeat esse promissio mutua, & acceptata: promissio autem unius nequit acceptari ab alio, nisi per verba, vel signa manifestetur, ut ex doctrina S. Thomæ in 4. dist. 38. quest. 1. art. 1. quest. 1. nec non in 2. 2. quest. 88. art. 1. demonstrant Salmanticenses d. tract. 9. cap. 1. num. 41. & 42. Cæterum quod ad verba quatuor dubia sunt resolvenda. Unum est, An per verba nequit contrahantur Sponsalia? e.g. Si Cajus dicat Titia, Non ducam aliam à te. Vel Non ducam aliam, nisi te. Alii dicunt, non posse contrahi, & dicta verba non esse obligatoria, Sanchez lib. 1. disp. 19. num. 5. Basilicus lib. 1. cap. 10. & Bonacina quest. 1. punct. 1. num. 13. Poffe contrahi affirmat Bartholom. Ledesma dub. 25. & Petrus de Ledesma q. 43. art. 1. quia negans ducere aliam quancunque cenetur affirmare, se ducturum illam, cui ita ponitur. Alii dicunt esse verba ambigua, quæ tum perfecere, tum nulla reddere possunt Sponsalia ex aliis circumstantiis in sic loquente concurrentibus, Salmanticenses d. cap. 1. numer. 44. Esse verba inutilia, & nihil concludentia pluribus rationibus probat Emin. Card. de Lauræa d. disp. 37. art. 6. à num. 103. & segg. ubi dat hoc exemplum: si quis dicat, nullum faciam heredem, nisi te; neque habet nec ille, cui dicuntur, sit hæres; neque illa dicens obligatus est facere illum heredem. Secundum dubium est, An verba ambigua satis sint ad formanda Sponsalia? Et idem Emin. Cardin. de Lauræa respondet negativè in d. disput. 37. num. 106. quia non exprimitur verus consensus, qui est necessarius pro validitate contractus. Tertium dubium est: Si Sponsus promittat puellæ eam in Uxorem ducere; illa verò taceat, Utrum illud silentium eum consensu interno sufficiat? Et videtur respondendum affirmative per regulam Qui tacet, consentire videtur. Sed negativè respondent Castropalaus disp. 1. punct. 4. numer. 11. Bonacina, & alii apud Salmanticenses d. cap. 1. num. 45. ob aliam regulam Qui tacet nec consentire, nec dissentire videtur; & sic est tenendum, quia promissio debet esse mutua, & acceptari ab utraque parte; & id fieri non potest in illo silentio. Regula autem Qui tacet, consentire videtur, procedit in favorabilibus, secus autem in præjudicialibus, & in obligatione contrahenda; prout est in Sponsalibus, in quibus uterque contrahens obligat se tradere suum corpus alteri. Ita Salmanticenses d. cap. 1. num. 45. & 46. ubi id limitant, quando parentes filiorum impuberum contrahentium, & tacentium sunt presentes, & ipsi eorum vice spondunt, ut habetur in cap. Unico. De Despons. Impub. in 6. & concedunt Sanchez lib. 1. disput. 23. num. 3. & alii eundem eisdem Salmanticenses d. num. 46. qui num. 47. id extendunt, etiam si filii essent absentes, dummodo ratam habeant genitorum promissionem de ipsis factam, & expressè illam confirmet, aliàs secus, ut ait Rota part. 18. rec. Decif. 267. n. 10. ubi tenet, non fuisse datum consensum à puella, quæ audiens à Patre se desponsatam tali Viro, tantummodo subfuit. At hæc non procederent, si tutores, vel curatores, aut alii à genitoribus ita contraherent. Sanchez ibid. num. 12.

Quod verò ad Signa; ea sufficiunt loco verborum ad contrahenda sponsalia; si talis sit usus Provinciae, ut per signum contrahatur promissio Sponsalium. Sanchez d. lib. 1. disp. 22. Averfa, Palau, & alii apud Salmanticenses d. cap. 1. num. 49. Apud nos signa certa sunt pro validitate contractus Sponsalium, si adstantibus parentibus, propinquis, ac amiciis Sponsus immitat anulum in digito Sponsæ, & eam osculetur, & hanc consuetudinem approbant Menochius lib. 3. Præsumpt. 2. num. 6. Rota part. 4. rec. tom. 1. Decif. 666. & plurimi Canonistæ, ac Theologi, quos citat, & sequitur Sanchez d. lib. 1. disp. 22. per totam. Et eundem antiquissimum est usus contrahendi Sponsalia per anulum subarrhationem; de ea enim S. Hieronymus Hippolensis, qui floruit Anno 630. lib. de Ecclesijs. Offic. cap. 19. ita scribit: Illud verò, quod in primis Annulus à Sponsò Sponsæ datur, sit hoc nimirum vel propter mutua fidei signum, vel propter id magis, ut eodem pignore eorum corda iungantur. Undè & quarto digito Annulus idem inferitur, quod in eo verba quecumque (sive feruntur) Jurguntur ad eam usque perveniunt. Et Tertullianus, qui anno 230. scribitur, sic ait Apologet. cap. 6. de puellis desponsatis: Autum nulla norat præter unico digito, quem Sponsus oppignorat præpono Anulo, quem quidem Annum S. Petrus Chrysolomus Sermon. 5. vocavit Anulum honoris, titulum libertatis, arborem castissimum nuptiarum. Et de eodem cecinit etiam Juvenalis Satyra 6.

Conventum tamen, & pactum, & Sponsalia, non valet. Tempore parvas, jamque à tonsore Magistro Percussis, & digito pignus fortasse dedisti. Verum ad demonstrandam antiquitatem immisionis Annulli pronubi in digito Sponsæ in signum contractus Sponsalium, referunt Annullus, quo desponsata fuit S. Anna Mater Deiparæ à S. Joachimo, de quo Marchantius tract. 7. Candelaebri Mystici seã. 4. hæc habet: Annullus, quo S. Joachim Anam Mariæ parentem sibi conjunxit, servatur Romæ apud Sanctimoniales Sanctæ Annæ; estque argenteus, & rursus, cum christallina gemmilla, maculis circumcingentibus nigris, in medio pellucidâ, ex qua imago, oculus, quibus admodum solent in seculo S. Annæ, plurimum invari tradunt. Sed magis Lectorem delestat audire ea que refert Bagatta tom. 1. Admirand. Orbis Christi lib. 5. cap. 2. num. 1. de Anulo Sponsalio ipsius Sacratissimæ Virginis MARIÆ Matris Dei: videlicet: Servatur Perusij in Italia, in Templi S. Laurentij, summa veneratione, & popularum concursu Annullus, quo B. JOSEPH MARIAM desponsavit; estque miraculis clarus, à Clusij ad Perusium ætina providentia delatus. Non potest autem dignosci, ex qua materia sit; non enim ex argento, aut auro, sed ex lapilli alicujus genere est. Et solummodo Matrone confatus est eboræ annulus Perusinus mittere, attâ illius consecratorum, in partu profusum. Afferunt enim parvas propinquas mulieres, diffusi nixu se excruciantes se hoc annulus digito gestent, sublevari. Annullus quoque iste Sacratissimus DEIPARÆ reconciliandi coniugum dissidentibus animis mirè prodest; cuius rei gratia, plures voto adstruunt se Perusium conferunt, & fructu domesticæ pæne Sacram. Matrim.

38 num. 12. Gutierrez cap. 13. num. 2. & Salmanticenses num. 48. Quartum dubium est, An Mutus, Surdus, & Cæcus aptus sit ad contrahenda Sponsalia? Negativè respondet Gobatus d. tract. 10. num. 115. si huius tribus infirmitatibus quis laboret; secus si uno tantum; vel si Mutus, & Surdus sit, videat, & sit perspicax ingenii, quem posse contrahere Matrimonium diximus in Decisionibus de Sacram. Penitentie Decif. 22. num. 8. & docet Sanchez d. lib. 1. disput. 8. & alii apud eundem Gobatum tract. 10. num. 115.

Quod verò ad Signa; ea sufficiunt loco verborum ad contrahenda sponsalia; si talis sit usus Provinciae, ut per signum contrahatur promissio Sponsalium. Sanchez d. lib. 1. disp. 22. Averfa, Palau, & alii apud Salmanticenses d. cap. 1. num. 49. Apud nos signa certa sunt pro validitate contractus Sponsalium, si adstantibus parentibus, propinquis, ac amiciis Sponsus immitat anulum in digito Sponsæ, & eam osculetur, & hanc consuetudinem approbant Menochius lib. 3. Præsumpt. 2. num. 6. Rota part. 4. rec. tom. 1. Decif. 666. & plurimi Canonistæ, ac Theologi, quos citat, & sequitur Sanchez d. lib. 1. disp. 22. per totam. Et eundem antiquissimum est usus contrahendi Sponsalia per anulum subarrhationem; de ea enim S. Hieronymus Hippolensis, qui floruit Anno 630. lib. de Ecclesijs. Offic. cap. 19. ita scribit: Illud verò, quod in primis Annulus à Sponsò Sponsæ datur, sit hoc nimirum vel propter mutua fidei signum, vel propter id magis, ut eodem pignore eorum corda iungantur. Undè & quarto digito Annulus idem inferitur, quod in eo verba quecumque (sive feruntur) Jurguntur ad eam usque perveniunt. Et Tertullianus, qui anno 230. scribitur, sic ait Apologet. cap. 6. de puellis desponsatis: Autum nulla norat præter unico digito, quem Sponsus oppignorat præpono Anulo, quem quidem Annum S. Petrus Chrysolomus Sermon. 5. vocavit Anulum honoris, titulum libertatis, arborem castissimum nuptiarum. Et de eodem cecinit etiam Juvenalis Satyra 6.

Conventum tamen, & pactum, & Sponsalia, non valet. Tempore parvas, jamque à tonsore Magistro Percussis, & digito pignus fortasse dedisti. Verum ad demonstrandam antiquitatem immisionis Annulli pronubi in digito Sponsæ in signum contractus Sponsalium, referunt Annullus, quo desponsata fuit S. Anna Mater Deiparæ à S. Joachimo, de quo Marchantius tract. 7. Candelaebri Mystici seã. 4. hæc habet: Annullus, quo S. Joachim Anam Mariæ parentem sibi conjunxit, servatur Romæ apud Sanctimoniales Sanctæ Annæ; estque argenteus, & rursus, cum christallina gemmilla, maculis circumcingentibus nigris, in medio pellucidâ, ex qua imago, oculus, quibus admodum solent in seculo S. Annæ, plurimum invari tradunt. Sed magis Lectorem delestat audire ea que refert Bagatta tom. 1. Admirand. Orbis Christi lib. 5. cap. 2. num. 1. de Anulo Sponsalio ipsius Sacratissimæ Virginis MARIÆ Matris Dei: videlicet: Servatur Perusij in Italia, in Templi S. Laurentij, summa veneratione, & popularum concursu Annullus, quo B. JOSEPH MARIAM desponsavit; estque miraculis clarus, à Clusij ad Perusium ætina providentia delatus. Non potest autem dignosci, ex qua materia sit; non enim ex argento, aut auro, sed ex lapilli alicujus genere est. Et solummodo Matrone confatus est eboræ annulus Perusinus mittere, attâ illius consecratorum, in partu profusum. Afferunt enim parvas propinquas mulieres, diffusi nixu se excruciantes se hoc annulus digito gestent, sublevari. Annullus quoque iste Sacratissimus DEIPARÆ reconciliandi coniugum dissidentibus animis mirè prodest; cuius rei gratia, plures voto adstruunt se Perusium conferunt, & fructu domesticæ pæne Sacram. Matrim.

39 num. 12. Gutierrez cap. 13. num. 2. & Salmanticenses num. 48. Quartum dubium est, An Mutus, Surdus, & Cæcus aptus sit ad contrahenda Sponsalia? Negativè respondet Gobatus d. tract. 10. num. 115. si huius tribus infirmitatibus quis laboret; secus si uno tantum; vel si Mutus, & Surdus sit, videat, & sit perspicax ingenii, quem posse contrahere Matrimonium diximus in Decisionibus de Sacram. Penitentie Decif. 22. num. 8. & docet Sanchez d. lib. 1. disput. 8. & alii apud eundem Gobatum tract. 10. num. 115.

39 num. 12. Gutierrez cap. 13. num. 2. & Salmanticenses num. 48. Quartum dubium est, An Mutus, Surdus, & Cæcus aptus sit ad contrahenda Sponsalia? Negativè respondet Gobatus d. tract. 10. num. 115. si huius tribus infirmitatibus quis laboret; secus si uno tantum; vel si Mutus, & Surdus sit, videat, & sit perspicax ingenii, quem posse contrahere Matrimonium diximus in Decisionibus de Sacram. Penitentie Decif. 22. num. 8. & docet Sanchez d. lib. 1. disput. 8. & alii apud eundem Gobatum tract. 10. num. 115.

39 num. 12. Gutierrez cap. 13. num. 2. & Salmanticenses num. 48. Quartum dubium est, An Mutus, Surdus, & Cæcus aptus sit ad contrahenda Sponsalia? Negativè respondet Gobatus d. tract. 10. num. 115. si huius tribus infirmitatibus quis laboret; secus si uno tantum; vel si Mutus, & Surdus sit, videat, & sit perspicax ingenii, quem posse contrahere Matrimonium diximus in Decisionibus de Sacram. Penitentie Decif. 22. num. 8. & docet Sanchez d. lib. 1. disput. 8. & alii apud eundem Gobatum tract. 10. num. 115.

39 num. 12. Gutierrez cap. 13. num. 2. & Salmanticenses num. 48. Quartum dubium est, An Mutus, Surdus, & Cæcus aptus sit ad contrahenda Sponsalia? Negativè respondet Gobatus d. tract. 10. num. 115. si huius tribus infirmitatibus quis laboret; secus si uno tantum; vel si Mutus, & Surdus sit, videat, & sit perspicax ingenii, quem posse contrahere Matrimonium diximus in Decisionibus de Sacram. Penitentie Decif. 22. num. 8. & docet Sanchez d. lib. 1. disput. 8. & alii apud eundem Gobatum tract. 10. num. 115.

etfi primam mitiorem, fecundam verò tutiorem ob supradictam Propositionem damnatam. Igitur ex Verbis definitionis Sponsalium hucusque explicatis colligitur studiosus Lector, quòd quando Promissio, quam Sponsi inter se faciunt, de futuro Matrimonio, est mutua, acceptata, vera, deliberata, ac libera, verbis, vel signis expressa; & ipsi sunt hábiles ad ea contrahenda, tunc Sponsalia sunt valida, & producant tres sequentes effectus. Unus est obligatio ea adimplendi per contractum Matrimonii de presenti opportunè inendum, sub pena peccati mortalis, nisi Sponsalia dissolvantur ob aliquam ex iustis causis, in sequenti Decisione XVII. adducendis: Sanchez d. lib. 1. disp. 14. Bonacina quæst. 1. punct. 2. n. 2. Matruius d. disp. 7. n. 271. & Salmanticenses d. tract. 9. cap. 1. ubi num. 89. & seqq. docent resistentem à Sponsalibus absque iusta causa esse compellendum ad ea adimplenda in utroque foro, nisi scandala, vel mali exitus timerentur futuri. Alter effectus est, ut resiliens absque iusta causa, si arthas accepisset, teneatur eas duplicatas restituere, at legitima causa interveniente acceptas tantum. l. fin. C. de Sponsalib. Nicolius in Instit. Civil. lib. 1. tit. 10. num. 24. Tertius effectus est, ut ex ipsidem Sponsalibus oriatur impedimentum Publicæ honestatis impediens, ac dirimens Matrimonium cum parentibus respectivè alterutrius ex Sponsis usque ad primum gradum, etiam si Sponsalia dissolverentur ex mutuo consensu ipsorum Sponsorum, ut declaravit S. Congregatio Concilii die 6. Julii 1658. cujus Decretum ponit Nicolius d. lib. 1. tit. 10. num. 54. quòd ab Alexandro Papa VII. fuit approbatum; & nos referemus infra in explicatione Impedimenti Publicæ Honestatis.

DECISIO XVII. ARGUMENTUM.

Solubilia esse Sponsalia, etfi jurata, superveniente aliqua iusta causa, præfens Decisio ostendit. Recentior omnes, & singulæ causæ, à DD. approbatæ, pro Sponsalium dissolutione. In earundem causarum explanatione plura curiosa dubia, & Quæstiones scitu necessariæ circa Sponsalia dissolvenda, excitantur, & resolvuntur; atque huiusmodi materia Historiis, Exemplis, Medicorum Aphorismis, ac Rotalibus Decisionibus illustratur.

SUMMARIUM.

- 1 Sponsalia sunt solubilia ex aliqua honesta causa.
2 Juramentum sequitur conditionem rei, in qua ponitur.
3 Cause iuste solvendi Sponsalia, que sint?
4 Consensu mutuo Sponsorum Sponsalia dissolvuntur.
5 Impubes an possit dissolvere eorum Sponsalia?
6 Impuberum Sponsalia quam vim habeant?
7 Differentia Sponsalium per puberes, vel impuberes innotuit.
8 Impubes factus pubes an possit statim resiliere à Sponsalibus?
9 Claudicare quando possit contractus Sponsalium?
10 Impubes factus pubes an possit resiliere à Sponsalibus iuratis?
11 Professio Religiosa dissolvuntur Sponsalia.
12 Habitus Religiosi susceptio an dissolvat statim Sponsalia? Triplex Opinio.
13 Religiosus quomodo fieri possit, qui contraxerat Sponsalia iurata?
14 Religione ingredi licet, non obstantibus Sponsalibus iuratis.
15 Cap. Commisum. De Sponsalib. declaratio.

- 16 Copula carnalis habita inter Sponsos de futuro, an impediatur ingressum in Religionem?
17 Ordini Sacri susceptio dirimit Sponsalia.
18 Votum de Religione intranda, vel Ordine Sacro suscipiendo an dissolvat Sponsalia?
19 Et an simplex votum Castitatis.
20 Exempla Sponsorum, que per votum Castitatis solvantur Sponsalia.
21 Sponsus habens votum Castitatis, fornicando, quot peccata committat?
22 Matrimonium de presenti cum una, quomodo solvat Sponsalia precedentia cum altera?
23 Et quid si ipsum Matrimonium solvatur, an reviviscant priora Sponsalia?
24 Sponsalia prima quomodo solvantur per secunda?
25 Copula carnalis cum secunda Sponsa an dissolvat prima Sponsalia?
26 Sponsalibus primis dissolutis post inita secunda, An hæc sint adimplenda?
27 S. Vulmarus ob eius dissoluta Sponsalia sit Religiosus.
28 Mora nimia in adimplendis Sponsalibus quando ea dissolvat?
29 Domicilium à Sponso translatum in aliam Civitatem an dissolvat Sponsalia?
30 Absentia nimis longa Sponsi an Sponsalia solvantur?
31 Infirmitas gravis Sponsorum an dirimat Sponsalia?
32 Lepra superveniens Sponsi liberat eos à Sponsalibus.
33 Lucinii Nobilis Francie Sponsalia soluta ob Leporam Sponsæ.
34 Deformitas Sponsæ ob Variolas an solvat Sponsalia?
35 Variolarum morbus descriptus.
36 B. Felicii Capuccini oleo Lampadis puer sanatur à Variolis.
37 S. Ansberti Sponsalia dissoluta ob deformitatem Sponsæ ex morbo.
38 Heresi, aliave gratia delicta, si committantur, solvantur Sponsalia. Item iactura bonorum, inimicitie, mortui scilicet, ac fornicatio; nec non impedimenta dirimentia, vel impedientia tantum, si superveniant: aut alia causa mali exitus.
39 Sponsi an à Sponsalibus possint de per se ob causam resiliere?
40 Judex Ecclesiasticus aduandus in causa Sponsalium.
41 Dispensatione obtenta super impedimento inter Sponsos, opus est novo consensu eorum pro validitate Sponsalium.
42 Rote Romana opinio prævaleat opinionibus aliorum Doctorum.

Vidimus in antecedenti quomodo contrahantur Sponsalia, & qualitates, quas habere debent Sponsi illa iniri, ut eorum promissio valida evadat, & producat tres illos effectus, quos ibi in fine recensuimus: nunc oportet videre, An Sponsalia postquam validè sunt contracta, possint dissolvi? & quibus ex causis eorum diffolutio obtineri valeat? Quo ad primum, extra omnem controversiam est, quòd Sponsalia, etfi validè, ac legitime contracta, sunt solubilia ex aliqua honesta causa; ea ratione quia eorum contractus neque jure naturæ, neque jure divino, neque jure Ecclesiastico est indissolubilis; quòd patet manifestè, tum quia naturali jure omnes contractus sunt solubiles de consensu partium; tum quia neque in Scriptura Sacra, neque in Jure canonico reperitur aliqua prohibitio circa hanc solutionem; imò plures in locis ipsa solutio Sponsalium approbatur, & rata habetur; ut in cap. Præterea. De Sponsalib. in quo Innocentius III. ait: Si autem

autem se adinvicem admittere noluerint, ne forte detestari contingat, ut talem scilicet ducat, quam odio habet, vitetur, quod admittat eorum, qui societatem interpositioe fidei contrahunt, & postea eandem sibi remittunt, possit in patientia tolerari. ubi Glossa super d. Verb. In patientia, subdit: Ex quo ad Matrimonium non est processum, possunt Sponsi se absolvere; nam omnis rei per quascumque causas nascitur, per easdem resolvitur ex cap. Omnis. de Reg. Jur. Hanc assertionem probat etiam S. Thomas in 4. disp. 27. quæst. 2. art. 3. & in 3. part. Supplement. quæst. 43. art. 3. Matruius in 4. sent. disput. 7. num. 296. Salmanticenses de Matrim. tract. 9. cap. 2. in princ. & Eminentiss. Cardin. de Lauræa, eod. tract. de Matrim. disp. 37. à num. 326. & seq. eandem extendens etiam si Sponsalia firmata fuissent cum juramento, & allegat text. in cap. De illis. De Sponsalib. in quo Alexander III. ita respondendo concedit. Ratio est, quia juramentum adjectum Sponsalibus, censetur fieri juxta conditionem illorum; & idèd cum illa de sui natura sint solubilia, ita & juramentum; maxime quia hoc est emissum in commodum earum partium, quæ jurant, & sic censetur factum sub illa conditione, nisi ex aliqua iusta causa sit à Sponsalibus resiliendum, & hoc modo à Deo acceptatur. S. Thomas 2. 2. q. 89. art. 9. ad 2. Salmanticenses d. cap. 2. num. 4. & 5. ubi idem dicendum docent, licet Juramentum factum fuisset in honorem Dei, & causa pietatis; ut si quis jurasset ducere aliquam pauperem feminam, ad sublevandam illius inopiam ob amorem Dei; nam ea remittente, vel alia iusta causa militante, non esset obligatus eam ducere, quòd latius probant Averfa de Matrim. quæst. 8. sect. 11. Lessius de Jus. lib. 2. cap. 42. dub. 12. num. 57. Palau disp. 1. punct. 17. num. 4. & Sanchez de Matrim. lib. 1. disp. 52. num. 8.

Quo verò ad causas iustas, & honestas, propter quas licitum est dissolvere Sponsalia, & ab eis resiliere, cum illæ sint multiplices, referemus hic magis practicabiles, à variis Doctoribus propositas, summam tamen, & compendiosè, ne nimis proluxa sit hæc Decisio, remittentes Studiosum Lectorem ad eodem Doctores, quos allegabimus, ut in casu pratico, & quatenus accidat respondere, vel decidere, An causa aliqua sit sufficiens pro dissolutione prædicta, possit ab illis rationes ampliores desumere.

Prima itaque causa dissolutionis Sponsalium est mutuos consensus illorum, qui ea contraxerant. S. Thomas in 4. d. disp. 27. q. 2. art. 3. ad 5. nec non in 3. p. q. 43. art. 3. ad 5. Ratio est, quia res quæcumque per quas causas producitur, per easdem dissolvitur. cap. Omnis. ref. 27. q. 2. cap. 1. de Reg. Jur. Sed Sponsalia generantur mutuo contrahentium consensu. Ergo mutuo contrahentium consensu solvantur. Ita DD. communiter apud Salmanticenses d. cap. 2. num. 1. Matruius in 4. d. disp. 7. num. 297. Averfa d. qu. 8. sect. 11. & Eminentiss. Cardin. de Lauræa d. disp. 37. de Matrim. art. 11. §. 2. num. 332. Hæc autem causa est intelligenda inter Sponsos puberes, masculinum scilicet habentem annos quatuordecim, & feminam attingentem annum duodecimium; hi enim mutuo consensu possunt à suis Sponsalibus resiliere; at si impuberes forent, vel ambo, vel unus eorum, non esset licitum Sponsalia solvere per mutuum consensum; quia expectare debent complementum annorum, quòd pubertatem consequantur. cap. De illis. 7. De desponsat. Impubere. ubi Alexander III. ita loquitur: De illis, qui infra annos aptos Matrimonii Sponsalia contrahunt, sive uterque sive alter reclamet, antequam ad annos Matrimonii aptos pervenerint; postules separari, non sunt ullatenus audiendi. Ratio hujus dispositionis est, ut immaturati impuberes ob fragilitatem ætatis non cen-

sentur habere maturam deliberationem; & idèd tempus pubertatis est expectandum. cap. De his. disp. 28. cap. Illud. 20. qu. 1. & l. Denique. ff. De Minor. Salmanticenses d. cap. 2. de Matrim. num. 8. Eminentiss. Cardin. de Lauræa d. disp. 37. numer. 343. & Matruius d. disp. 7. num. 298. qui doctissime tria notat; Unum, quòd Sponsalia inter impuberes inita non habent vim simpliciter obligandi ad contrahendum Matrimonium in pubertate; sed continent vim ligandi, ne interim alia Sponsalia inendant, & inducunt publicæ honestatis impedimentum. Alterum, quòd si ex Sponsis impuberibus, unus prius perveniat ad pubertatem, quam alter, non possunt Sponsalia dissolvi, nisi alter quoque ad pubertatis annos pervenerit; reprobatò Becano cap. 43. quæst. 16. & aliis opinantibus, quòd prius factus pubes possit statim resiliere, nec teneatur expectare pubertatem alterius; quia contrarium dicitur in d. cap. De illis, dum decernitur ambo ad pubertatem esse expectandos, ut perveniant, antequam audiantur. Tertium, quòd ad annum pubertatis cum uterque pervenerit, tunc dissolvi poterunt Sponsalia, non solum ex mutuo amborum consensu; sed etiam uno eorum tantum reclamante; & in hoc differunt Sponsalia contracta per impuberes ab illis, quæ contrahuntur à puberibus; hi enim non possunt ea dissolvere, nisi ex mutuo amborum consensu; at illi etiam ex consensu unius tantum; tunc tamen, & quando uterque impuberes pervenerint ad pubertatem; & ita servandum affirmat tam in foro externo, quam in interno, ut etiam advertit Averfa d. quæst. 8. sect. 11.

Porrò Salmanticenses d. cap. 2. num. 9. opinantur, quòd ille, qui prius fit pubes, possit, si velit, reclamare, & à Sponsalibus resiliere, non expectata pubertate alterius; quia, ajuat, frustra expectatur eventus, cujus nullus futurus est effectus. cap. Cum contingat. De offic. deleg. Quòd si pubes contraxerit Sponsalia cum impubere, non poterit resiliere ab eis, nisi alter fiat pubes, & consentiat dissolutioni; & si impubes factus pubes nolit adimplere Sponsalia, potest altero invito ab eis discedere; quia contractus in favorem minoris potest claudicare. Sanchez d. lib. 1. disp. 51. num. 10. Reginaldus lib. 31. numer. 261. & Salmanticenses d. cap. 2. num. 11. & 12. addentes, quòd si ipsi impuberes per triduum post adeptam pubertatem non reclamaverint contra Sponsalia, censentur ea rata habere, itaut deinde non possint amplius ab illis resiliere, nisi ex mutuo alterius Sponsi consensu arg. l. fin. C. de Errorib. Advocat. & l. fin. C. de Juac. Prædicta autem reclamatio, pro foro exteriori debet esse expressa; pro foro conscientie sufficit etiam tacita. Sanchez d. disp. 51. num. 17. Perez de Matrim. disp. 9. sect. 2. & Averfa d. quæst. 8. sect. 11. Vers. Sextò propè finem pag. mibi 420. Sed Utrum impuberes adepta pubertate possint resiliere à Sponsalibus antea juramento firmatis, si unus eorum petat adimplementum, & non consentiat dissolutioni? Stant DD. pro affirmativa, & pro negativa, quos allegat Diana Coordinatus tom. 2. tract. 6. resol. 9. & resol. 10. quæ resident in Veteri part. 3. tract. 4. resol. 287. & 345. & inter illos stat pro negativa Sanchez d. lib. 1. disp. 51. quæst. 3. num. 22. Sed Affirmativam tuerit Basiliius Pontius de Matrim. lib. 12. cap. 9. num. 7. à studiosis legendi.

Secunda causa dissolvendi Sponsalia est ingressus in Religionem, & Professio in illa. cap. Ex publico. De Convers. Conjugat. Ratio est manifesta, quia Sponsalia sunt præambula ad Matrimonium. Sed Matrimonium ratum dissolvitur per ingressum, ac Professionem in Religionem, ut d. cap. Ex publico, & late demonstravimus supra Decif. XIII. à num. 9. & seqq. Ergo multò magis ipsa Sponsalia. Verum tres à DD. hic agitantur quæstiones. Prima est: An solus ingressus in Religionem, & sola habitus